

tenetur relinquere tale beneficium, sed procurare debitam regimem illi. Quod etiam te met Cate. verbo. Beneficium insinhe ubi est negotiū q̄ quando dicit non teneri minus dignum ad renunciandum beneficio curato, etiam si sit Episcopatus, sed ad bene regendum: dicit tamen Victo. ubi supra, q̄ si esset casus, in quo nec per alios possunt nisi regere Episcopatum, q̄ tenetur relinquere, quod tenet Cate. in eo, qui habet plura beneficia curata quibus non posset respondere sine notabili dāno Animatum, esset peccatum mortale, nec aboliendus ille talis. Nota hoc pro Parochis populorum Indorum nescientibus Indorum linguam, possunt tamen per alium prouidere scientiam, & peritiam linguarum Indorum habentem. Et tunc nō tenet relinquere Parochiale beneficium. Secus quādo, nec per alii supplere possunt. Appone tamen hic Doctrinam supra positā. 7 veri. Forte illo modo poterit retinere. Vide in Cōc. Trid. Sess. 7. c. 3. ubi mandator, q̄ collatio beneficij curati facta personis nō habilibus, & quæ in loco nō resident, nec per se ipsos curam exercere valent, omnino irritetur.

¶ Quartu noīadū ex Patre Noreña & ex Pat. Magi